TIMOLEON

NEPTVNI SALVVS PIETATE,
HEROICA ILLVSTRI VIRTVTE
DOMINO. ET VTRIQVE PALLADI DEDITISSIMO, D. LADISLAO BEKKESZ, CAPITANEO Prennensi & VVschouiensi, &c. S. R. M. auli

EX SVECIA

Post plurimos in arcis Calmar propugnatione inuictissimo animo labores exantlatos,

AD SVA

Non sine cuiusque boni applausu redeunti:

AB
Andrea Loæchio, SCOTO,
In Reditus Gratulationem.
D.

IN BATTALVM.

Battalus exsiliet, (claudum truncatio cruris
Hactenus absentat) dicet & alta sonans:
Nil habet ingenij hoc nostri, nil carmen & artis,
Naturam tituli non redoletque sui.
Sed probet Antithesi Hectoridæ te nomen adeptum,
Hinc me condemnet de ruditate, licet.

ALLVSIO

Ad nomen LADISLAI, non tam casu impositum quàm animi paratum Virtute.

X Patriæ, quem tu præfers hoc Nomine, nomen
Promeruit sæcli nil breuioris habens.
Nec tibi quòd Nomen iuuenili contigit æuo
Marte etiam supra qui viguêre diu,
Admiror: quoniam rugæ caniq; nitentes,
Pectora non acuunt robore viq; viris;
Sed dotes animi, Virtus sed prodiga lucis
Nullus & exitij carceris atq; metus.
Sis igitur tendens cui Nomen in ardua Virtus
Contulit, & maius Marte fauente parat.

VNDE iterum remeat primus calor? vnde secundò
Quêis canere edocuit numeros mihi Musa REVENN
Suggerit? vnde mihi præcordia Cynthius œstro
Non maiore quatit? Secùs at gaudere Penates
Quid ruris credam? gaudet cur nunc magè Iuno?
Cuius ego Martem præeuntem cerno quadrigis?
Quem sequitur Fatorum ordo? cui nobile vellus
Pollice nent Parcæ? Lachesis cui pectine eburno
Applaudit? series cui tota nouena Sororum
Cantat? Nete, Deæ, paullatim Militis annos,
Nec celeri tenuate manu: terræ ille Paternæ
TIMOLEON fiet. Vigilone, an somnus ocellos
Occupat? an Morpheûs variat sub imagine somni
Et cerebrum pectusq; meum fallacibus vmbris?
Hæc ego, sic Phoebus: Neq; te nox cæca tenebris,
Nec MORPHEÛS oculos fallacibus impetit vmbris;
Stamina sed cuinam ducant fatalia Parcæ
Si scire est animus, præeat cuiue ipse Gradiuus,
Accipito: Diuûm atque hominum Rex (ipse probabis
Veridicum) reuehit manifesta in luce videndum
Auriferæ decus Vngariæ quandoque futurum;
Sauromatæ BEKKESZ, BEKKESZ vocat Vngara tellus,
Heroo quondam vox illustranda cothurno,
Hectoreo & titulo, Nomen quod nemo furentis
Inuidiæ feriet stimulis; stabit altus vtrinque,
Ceu rupes medio grandis circumdata Ponto,

A ij Quam

Quam nec tempestas, indignantesue procellæ,
æue minæ, aut irati fulmina cæli
urbant, licèt Inuidiâ rumpantur, & instent
nius exitio. Et cuius non attigit aures,
œbe, inquam, BEKKESZ? Didicêre & Iberica regna,
fortes Galli: Famâ Anglo Vestphalo & Hesso
gnitus est BEKKESZ; per Suetica regna Polonis
ansmisso oceano venit; per Danica Thules
itora iam tetigit, ducit genus vnde REVENNVS,
Victoris nomen, qui Marte subegerat orbem,
Omine cui positum. BEKKESZ, ne sperne Camœnam
Nomina Scotigenæ cecinit quæ clara REVENNI
Nuper, & ijsdem tu numeris contentus abito.
Te non indignus; nec enim inferiora secutum,
Nec diuersa liquet. Didicêre plagæque remotæ,
Vicini & populi (nam prima indicta relinquo
Magnanimi gesta Herois) quos ille labores,
Vt naturali Regi patriæque rebelles
Cogeret arbitrium Regis patriæque subire,]
Pertulerit, cœptis animo maiora volutans.
Macte animis estote vnis concordia bina
Pectora, Tu æqualem non solùm ferto REVENNVM, ac
Pacis & armorum studijs adhibeto sodalem.
Macte animis ambo haud consanguinitate minora
Fœdera inite viri, paribus firmanda Gradiui
Et Phœbi studijs: siquidem hunc quoque iactat alumnum
Aonidum

Aonidum cœtus, segni neque turbine in hostem,
Telorum nymbus licèt ingruat, vndique cælo
Sulphureos licèt eructet vel machina bombos,
Currere Bellona instituit Martemque vocare
Cuspide. Tu dux? ille etiam: titulo ille mariti
Communi tecum insignis. Perfunctus es ausis;
Functus an ille minus, fatis animatus & armis
Imparibus tu? an non etiam se obiecerat ille?
An metus, hostilesue minæ, morbiue famesue.
Visue infanda illi domuêre animum? nihil: ipsa an
Fædatura oculos crudeli funere Coniux?
Seruasti socios, socios seruauit & ille,
Se se etiam obijciens. Conuulso cardine lapsum,
Fatale Vngariæ, meliori sede locaras
(Cepissent vllas si fundamenta columnas,)
Regnum remque loco: conuulso cardine lapsum,
Fatale & Scotis, (lege si te euoluere gentis
Non piget annales nostræ) meliore locarat,
Pergere nî sumtis vetuisset Sceptriger armis,
Regnum remque loco, vobis quæ adiuta resurget,
Suecia tempor... vel humi despecta iacebit
Æternis. Manet illa, manet vos Laurea: fastus
Nî vestra ingentes poterit compescere virtus
Nullius: Vobis aderit, gentemque rebellem
Subijciet castris Aquilæ queîscunque præibunt
(Fatidicum reddunt Superi) Deus ipse, Trophæa &

Hoſtibus ex domitis concedet. Cætera, Phœbe,
Ome min extemplo præcordia concutit: ecce
Horr ebant pparent fluctus, video æquoris vndas
Præ ius e m ingenti Iuuenem tranſmittere naue.
En œbe, in ilei placidiſſima numina ponti
forte s ſtunt proræ, voto ecce benignus
tip Euri emitit ſolam Æolus auram:
umidos ſternit fluctus præeundo tridente
unus pelagi. Iuuenis ſed quos petit orbis,
Phœbe, oras? etenim viſæ per fontis honorem
Agnoſco quis ſit. Mihi ſed præcordia nuper
Non tali augurio impuleras. Huncne ille laborum
Imponet finem? Virtute haud aptior illo,
Siue animo vires, ſeu filo corporis altum
Menſures ſpatium, obſtantes irrumpere in hoſtes;
Arces non muris nec foſſâ, at Marte tueri:
Ferre famem friguſque, armatas ducere claſſes,
Tum conferre manum fortunæ, & temnere mortem.
Seque probare manu dignum BEKKESIO Achatem.
BEKKESIO dignus (nec enim Magneſia cautes
Gaudet amicitiâ magè ferri, miles vt vſu
Militis egregij) cenſore aut Marte REVENNVS.
O triſte auſpicium, fallax, ô, Phœbe: ſed oras
Quos petit ille orbis? Boream an? genteſne peruſtas?
An Thules pellunt iurati ad litora venti?
Audierat Phœbus voces non parua dolentis.

Argumenta

Argumenta animi, ſed nec ſolatia luctus
Reſtituit, quicquam nec pòſt ſperare iubebat
De reditu, tantùm: Iuuenis quas tendat in oras
Quandoquidem quæris, litus petit ille Britannum,
Seu mauis patrium, vt quod primùm infantia cælum
Hauſit, & infirmis pulſas vagitibus auras,
Paſſa mari & terris pòſt mille pericla, reuiſat.
Cætera nil ad te: mortalem inquirere fata
Cælicolæ prohibent; tibi quod nunc inſtat agendum
Non ſegni ſtudio. Plebeio ſanguine natus,
Aut ſolâ eſt clarus qui nobilitate parentum,
Quantumuis carmen ſtrepitus appellet inanes,
Carmen amare tamen laudem quicunque merentur
Sueuerunt; ſed quorum animos non præmia tantùm
Quàm labor ipſe iuuat, partæque inſignia famæ;
Heroo reduci ſis primus laudis Aruſpex
Et ſortis columen noſtro ſub nomine profer.
ILLA manus totam grauibus defuncta periclis
Redderre rem potuiſſet ſi, victoria ab armis
Robore vel manuum ſtaret; ſed tempora differt
In meliora DEVS: dominetur more ſiniſtro
Intereà qui pacta fidemque faceſſere iuſſit,
Falſus & erepti ſpem regni ponit in vmbra.
Non tibi fatalem tantiſper vertice crinem
Perſephone abſtulerit, donec tua Muſa canoro
Sarmatica intulerit quis nam vexilla per oras

Sueuigenûm,

Sueuigenûm, placitis Aquilæ statuitque rebelles,
Carmine vulgarit. Licèt & non mentibus omnes
ccipient vnis, tamen inscribenda metallo
ilitiæ decora: vt postquam per castra, per vrbes,
Armorum Sceptrique potentis libra cucurrit,
legitur, Ducis accessit titulusque mariti;
frustrà haud labor accessit; nil fessa remisit
fficij vt Virtus: certans vel funere mergi,
Sumta vel in Regis damnum ferro arma morari.
Dum loquor accedit, formosæ & Coniugis inter
Amplexus ruit: Aonides properare Sorores
Incipiunt, re lucem quas tu comitatus adito,
Fortunam & Iuueni dignam Virtutibus opta.
DELIVS ad citharam his dictis testudine chordas
Laxauit, posuitque modum modulaminis, & me
Tali est blandiloquo sermone affatus; Alumne,
Non his contentus: nec enim tua munera sunt hæc.
Omnes Pierij montis lustrato recessus,
Cunctaque perquirens lumen per singula verte, vt
Illius æternis commendes nomina sæclis.
O lætum auspicium! abscedas iam Phœbe: videmus
Amborum grauibus curis exorta repente vt
Pellitur obscurans oculos Acherontica imago.
HECTORIDES, nostræ poterunt audere Camœnæ
Si posthac tantum, venturi in sæcla nepotes
Clariùs ista scient; tua Virtus namque meretur
Altiùs

Altiùs efferri. Interea, Phœbiue meumue
Hoc vocites munus, per me licet, omina Palmæ ac
Fatidici instar habe vatis maiora parantis.

PROSOPOPOEIA

Mineruæ, Musarum, & Penatum sub Fauni nomine, de exspectato eiusdem reditu gratulantium

SALVE certa salus (nec enim me fallit Apo
Telluris patriæ; Salue, nox tarda soporem
Attulerit, precor, ô capiti dignissimo in annos
Viuere Nestoreos. Vos, qui retulistis ab vndis,
Supplicibus colimus palmis; date nosse tumultus
Ampliùs haud vllos! spumantes sanguine campi ô
Absint! Nunc superest vt nos digneris ocellis;
Adsunt Pierides, Faunus quas ordine longo
Stipatus sequitur Larium; Iouis inclyta virgo
Fronde comam decorata præit pacalis oliuæ.
Nonne vides sacrum vt careat nunc ægide pectus?
Audin suauisono ferientem pectine chordas?

MINERVA.

FORTVNATE animi, felixq; libidine ferri,
Dij mihi te referunt, Gradiui vt laude parata
(Suecia testis erit, libeat si vera fateri)

per ad ætherias transmittam nomina sedes.
ꝗ est quòd reditus trahat has me fama sub oras,
Q ue vides isto præsentes ordine Nymhpas.
Adsumus haud vacuæ, vobis solatia luctus
Sc attulimus. Natura at quando puellas
Paucuoquas fecit, plaudo, proque omnibus vna
durasque vias, durosque regressus,
n terris quantùm vexatus & alto es.
N tu casus, ne tu reticeto labores,
Per e solu adiuro, Patriosque Penates,
Coni aræ fletus: Ego, siue Minerua,
Seu Bellona volo, fac noscar vt in te,
T que in me: curis etenim saturarier istis
Mens ardet, iubet en flagrantis Regia cæli,
Diuinas adhibetque aures pia turba deorum.
Quid pudeat? proprio an ne laus maculetur ab ore
Fortè times? velox, fugias licèt, vsque sequetur
Fama, nisi efficias frustrentur corpora t vmbris.
Ergo mihi casus, ergo memorato labores.

MVTVÒ tu castum redeuntem, casta, Maritum
(Testis ero, testes fuerint pius ordo Sororum)
Excipito amplexu tenero. Sed cernimus ortas
Lætitiâ guttas vtrique per ora genasque.

CALLIOPE.

PER TE queîs quondam lactauimus vbera Musæ,

Per

Per Patrios Manes, per quæ ſaturauit & vndis
Te, Diuam, rigidas mollire potentibus aures;
Si Maro, ſi Pallas, ſi Palladis æmula Iuno,
Certauêre ſuis cumularet largiùs vtra
Muneribus, ne tu rebus lacrymare ſecundis,
Infractus duris. Abijt quò feruida Virtus?
Dum coniuratas ageres ante ora phalanges.
Nunc, ſiquidem duro ſuccedunt otia bello,
Tu fueras cui cauſa pij mœroris es idem
Lætitiæ; ne poſt Coniux data mun[illegible] cælo
Reſpuat, haud ſuauem rerum ſibi ſutrahat vſum.
Pomona ipſa referta ſinum, Caducifer ipſe
Hermes, ipſe tuus lacrymantem vidit Apollo,
Nec fletu ſaturam; Vocibus tectum omne ſonabat
Te ſurgente die, te ſerâ nocte vocantis
Coniugis (HECTORIDES) quæ te magis æſtimat vnum
Omnibus, humanæ quæ falſo examine pendunt,
Seu meritò credunt expertæ commoda mentes.
Heu quoties illam gemitum & ſuſpiria ruptis
Turbantem lacrymis curſu prope tecta relabens
Audiuit Nemnos! Redeuntem, caſta, Maritum
Stringe iterum, lacrymas auerte ſed, oro, deinceps
Luminibus; ſatis eſt fletus ſuper atque pudici.

FAVNVS.

SALVETO Heros; tu bona Sors longinqua reducens

Gaudia salueto. Tibi, fama est, templa vetustas
Aurea ponebat; peioris sæcla metalli
Syluarum dominos tetigêre, deosque Penates;
Inferiora igitur tribuunt, hæc rura sacramus
Scilicet: & quanquam haud surgant hic tecta columnis
Inachijs fulta, at nudâ Virtute merentur
Auratis præferri adytis. Sors alma faueto,
Sæpius hucque veni, ne quis succumbat iniquis
Casibus. Hinc pergant AQVILÆ ad decreta phalanges
Obuia sternentes, prostrataque more leonum
Spernentes, nil vel numero vel robore mensæ.
Salue iterum ô bona Sors, nobis longinqua reducens
Gaudia, Aueto Redux; fausto continge Penates
Felices pede, formososque amplectitor artus
Ereptæ tenebris sociæ. Commixta tremori
Ne memorem prohibet Pietas quantum illa doloris,
Quantum hausit luctus, mendax vt munere lucis
Fama tulit functum; quoties fædauit oborto
Lumina vel fletu, mœstos vel puluere crines.
ABSENTI illa tibi, quam non iactura relictæ
Turbauit Patriæ, desideriumque Parentum,
Et lacrymas vigilans dedit, & sub imagine somni
Voce Iouem intensâ quoties sic illa precata est:
Si tua cum Dijs est alijs, Pater, æqua potestas,
Si sceleri tribuis pœnas, si præmia laudi,
Annue supplicibus votis, nec vana precari

Me

Me sine: tu charum reducem mihi iuste Maritum.
Ille haud Phlegræi ruit in certamina campi;
Ille an non potiùs contra tulit arma Gigantes,
Te propter? charum caput obiectatque periclis.
Si tamen ex Superis quisquam pro talibus ausis
Infensus, nostro sumat de corpore pœnas,
Mollia & in durum vertat præcordia marmor.
Addidit: O, perpesse graues, mihi chare, labores,
Quid poteras tale in Superos committere vt omnes
Insultent iugulo? nec enim pars muneris vlla est
Prætermissa tibi. Diui, ne fingite crimen
Pro merito: nuper tetigit bona Fama Penates
Immensi toto certatum vt corpore regni
Exiguum contra; ceu frugibus atra negatis
Exhausitque fames, trepidantem obsedit & arcem;
Vt neque gliscentis grauis est mora visa pericli; vt
Nullus ab hoste timor, mentis nihil vt tulit vsum
Quin sæpe obstantes in cursu irrumpere in hostes
Auderet, quærens Virtutem opponere ferro,
Certus (adhuc nec lapsa retrò sententia fertur)
Aut partum seruare, aut mortem acquirere in armis.
NVLLÆ illam luces animi vicêre remissam,
Nullæ indulgentem dapibus; sed temporis atri
Dinumerare horas, visoque assurgere semper
Puluere, momento vt vel tali damna leuaret.
Scilicet huic deeras, sine quo nec carpere ramos

Extremorum Arabum nec flauæ insistere arenæ,
Hermus vbi, aut multo quà circùm turbidus auro
It Tagus, exoptat: sine te & si viuere deinceps
Cor tigerit, lucem æuâ præcurrere morte
Fatalem cupiet. Lu æ inter Solis & orbem
ar nihil est, hil obscurat iam lumina cæli.
Mores ergo aceant tristes, absentis imago
V rbaque, supremumque Vale, cursusque citati
Illam ad solandam fatis communibus vsque
Expositam, votis tecum redeantque petiti
Et decor & mores placidi; Dijs æmule, salue:
At simul, ô, durum j si tu non flecteris istis.
ILLA sui ex auro & gemmis redimicula colli
(Siue Myronis opus fuit illud, seu Polycleti)
rgita est, qui te terræque marisque periclis
Ereptum retulit venisse ad litora, primo.
Materiam superabat opus, præstabat vtrique
Lucida gemmarum series. (voti instar imago
Iactati Scyllâ effigiem capiebat Vlyssei,)
Exstabas raro ingenio, raroque decore
Vi maris appulsus post mille pericula, in auro
Exstabant tecum reduces ad litora nautæ,
Et patrius miles cupidus se credere ventis,
Vt decursa priùs certamina rursus adiret.
Vna sed impediebat iter, ceu pulchra Calypso,
Mille dolis aggressa virum, peruertit vlyssi

Consilium

Consilium reditus, bellique excussit amorem
Cætera conueniunt; sed quisnam artis amantem
Abstulerit bellis animum? Sors omnia versat,
Et fera Tisiphone tranquillo, prô, inceda amori.
Tu niueis reducem stringas quantum[illegible] vlnis,
Sed quem læta tenes, priùs ac peragraueri[illegible] bem
Cynthius, (ô Superi auertant grauis omnia pugnæ!)
Tempus erit pelago rursus dare vela patenti,
Bellaque inire manu totum vulganda per orbem.
Ne tum pœniteat charo caruisse: Maritus
Pro regno, pro aris, cernente atque omnia cælo,
Tela inter media & medios versabitur hostes.
Illum acies cingent medium; in hostes sæpe ferentem
Arma hostes intercipient; sæpe ardua belli at
Robora prosternet contraria fortibus ausis,
Cædua & elato peruadet castra Gradiuo.
His genus ille suum faciet super æthera notum,
Atque tuum, natos, & qui nascentur ab illis.
Interea, precibus toties lacrymisque petitum
Cerne libens, animo sed sperne minantia fata
Discessum inuitum; reditus latura secundos
Confirmet Pietas, & vitæ prodiga Virtus.
AT TV Magne HEROS, sed robore magnus & armis,
Corpore vt exiguo, Martem tibi finge loquentem;
Qui superant menses libris impende Maronis;
Vnus quando viros solius laudis auaros,

Et

Et Phœbi [illegible] pectora amore,
Solatique poten[illegible]que accendere cantu.

D[illegible]CASTICHON.

Eide[illegible]o Capitaneatus W[illegible]schouiensis gradu à S. R. M. aucto, & breui Sueciam versus cum exercitu abituro.

Vet[illegible]

Pro P[illegible] La[illegible]dulce & pugnare decorum
[illegible]s Genius, lege tacente, docet.
[illegible]bi quos aggresso præstat honores
[illegible]piam patriam Marte parare sibi?
Pro [illegible]tis nullos: modicum telluris & vndæ
Non auget vitam perpete laude breuem.
Ito tamen gentem & Domino expugnato rebellem;
Concedant votis Numina sancta locum!
I felix; tete spatiosus concinat orbis
Humana exemtum conditione procul.